



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De titulo triumphali ca. clxxij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

cem post iesum, id est ad angaria coegerunt cum: que est onus persone et operis: pangaria autem in persona. Sequebantur autem iesum mulieres plangentes eius

Quibus ipse ait, Nolite flere super me: sed super vos et super filios vestros, quasi diceret, Flete pro imminente exitio gentis vestre. Potest esse una de causis quare in passione christi non solentur: quod dominus precor pro illis ut fieret. Dicebantur duo nequam cum eo: ut interficeretur: et venerunt in locum caluarie quod hebraice dicitur golgatha. Caluarie est prope os capitis humani nudum. Et quod ibi decollabantur: et multa ossa capitum ibi aspersa erant: dicebat locus caluarie vel caluariarum. Ambrosius in epistola ad romanos videtur velle quod ibi sepultus fuerit adam: et a capite eius dicitur caluarie: et ei dicitur ab apostolo. Surge quod dormis: exurge a mortuis: et illuminabit tibi christus. De qua opinione dicit hieronymus quod favorabilis est interpretatio: et mulieres aures: non tamen vera. Unde credimus quod a falsariis positum in ambrosio, sicut et multa alia. Cum autem crucifigerent eum dicebat, Pater dimitte illis: quod nesciunt quid faciunt.

De diuisione vestium et tunica sortita, **Ca. CLXXI.**

## Inc fecerunt

de vestibus eius excepta tunica quatuor partes, quod quatuor erant millites qui crucifixerunt eum. Tunica autem erat in consuetudine reticulato opere facta, et ideo scindi non poterat: desuper preterea per totum: habens scilicet pannum aliquem ex transuerso super humeros positum ad modum corrigie in pellicijs: et sortiti sunt de ea cuius esset.

De titulo triumphali. **Ca. CLXXII.**

## Crispit autem pilatus

in titulo cause eius. In titulo causam mortis eius. Iesus nazarenus rex iudeorum, quod idem crucifixus est quod rex erat. Tres sunt tituli Christi

iudeorum. Et scripsit illi hebraice grece et latine ut dicitur in lingua. Titulus quoque qui conuenit ad diem festum illi lege re possent et intelligere. Unde autem principium tituli scriptum fuerit tribus linguis incertum est sed finis. Hec est rex iudeorum, sic est scriptum hebraice: malcus iudeorum: grece basileos exomoseleon, latine rex confitentium. Crux autem non habebat super lignum transuersum aliquid habens formam thau. Sed pilatus suppositum cauilas et tabulam affixam: et in tabula erat titulus scilicet.

Dicunt autem in cruce domini fuisse quatuor ligna diuersa: et forte in totidem diuersis generibus. Lignum erectum, transuersum, tabula supposita, trinus quod dicitur cui infixum erat crux quod in rupe defossum fuit. Inuenit enim lignum dominice crucis et palme et cypressi. Et ut quidam tradunt oliue et cedri. Dixerunt autem iudei pilato ut mutaret titulum: et noluit, sed confirmauit dicens.

Nota quosdam velle in domini cruce fuisse tres tamen clauos.

Quod scripsit scriptum, immobiliter scriptum. Pretereuntes autem blasphemabant eum dicentes. Uach qui destruis templum dei etc. Similiter et sacerdotes illudabant ei dicentes. Allos saluos fecit: seipsum non potuit saluum facere, quod. Nunc apparet quod non est seipsum beelzebub homines sanabat: postquam enim se sanaret demones ei sentientes, vires suas fractas et hec agebat ut descenderet de cruce. Tamen in Biblia super exenterationem piscis legitur demonem stetit super brachium crucis: et considerasse in christis aliquam maculam peccati habere.

De diuersis meritis latronum, **Capitulum CLXXIII.**

## Tria unus de suis

multis pedibus blasphemabat eum alter autem increpans blasphemabat eum ait. Memento mei domine dum ueneris in regnum tuum. Et audiuit a domino. Hodie me